Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 619
Quelle:
Copyright:

Edit.	Cod.
et noſtram ſalutem incarnatus.	*et propter noſtram ſalutem deſcendit de coelis et incarnatus.*
quia vero natus eſt.	*quia vere natus eſt.*
blaſphemiis irritum.	*blaſphemiis ad irritum.*
in ſubjectione cum dicitur haec ut —.	*in ſubiectione, quam in patris ſentire, Condecet enim hoc, ut —*

Ad calcem demum hujus etiam *Partis* ita Cenſor: *Finiui legendo et emendando. die prima Septembris. 1470. Emendare ad plenum non potui propter varia* (diſcrepantia?) *exemplaria. emendatior tamen eſt alijs ſimilibus, quos viderim. Jo.* De quo nomine, quod conjectem, non occurrit. Satis vero pro aevo ſuo praeſtitiſſe videtur, quisquis ſub illo *Jo.* latere voluit.

CCCVIII.

H. 27 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 322. 4. maj. nitidiſſime exaratus, titulis purpureis, et literis initiorum deauratis et picturatis ſpecioſus inſcribitur: *Incipit Liber Quorumdam* (ſic) *Epiſtolarum Jeronimi.* Ne vero meras expectes Epiſtolas; haec enim Series eſt: *Epiſtola* in edit. *Vallarſii*, quam ſequor, T. I. 34. *ad Marcellam*, nobis prave inſcripta *ad Paulam. Tractatus Beati Jer. de Tribus Virtutibus*, ſpurius T. XI. *col.* 87. *Epiſtola ad Avigavim.* 76. nobis truncata. *Ad Paulinum* 85. *Ad Pammachium* 48. *Ad* eund. *et Oceanum* 84. *Prefatio Rufini in Libris Periarchon* (περι Αρχων) 80. *Liber beati Hieronimi ad Pammachium et Marcellam.* Sunt III. *Libri Apologetici adverſus Ruffinum* edit. *Vallarſ.* T. II. *col.* 457. *Epiſtola* ad eund. T. I. 81. *Epiſtola beati Anaſtaſii Vrbis Rome Epiſcopi ad Johannem Epiſcopum Jeroſolimorum ſuper Nomine Rufinum* (Ruffini). T. II. *col.* 577. *Epiſtola Hier. ad Vitalem.* T. I. 72. *Ad Evangelium.* 73. *Ad Amandum* 55. *Ad Magnum Oratorem* 70. *De Reprehenſione Tractatuum Retici Galli* (Rheticii Auguſtodun. Ep.) Eſt Epiſtola *ad Marcellam* 37. Ad eand. 28. *Ad Ruffinum* 74. *Epiſtola de Seraphim.* Eſt *ad Damaſum* 18. *Ad Abigaium.* Integra, quae ſupra truncata. *Ad Deſiderium* 47. *Ad Chromatium, Jovinum et Euſebium* 7. *Ad Theodoſium et Ceteros Anachoretas* 2. *Ad Innocentium* 1. *Ad Chriſonam* (Chryſogonum) *Monachum* 9. *Ad Sabinianum* 147. *Ad Paulum Senem* 10. *Tractatus de diverſis Generibus Leprarum.* Spurius T. XI. *col.* 232. *Ad Paulam* 30. *Ad Marcellinum et Anapſiam* (Anapſychiam) 126. *Ad Sebaſtianum.* Scripta a *Paulino* et *Therafio* (Therafia?) extat T. V. edit. *Maur. Opp. Hieronymi col.* 218. *Ad Lucium* (Lucinium) *Beticum* 71. *Ad Tiraſium.* Spuria T. XI. *col.*